

# IVS CAMERALE.

EX ORDINATIONE CAMERAE,  
IMPERII, ET FACTIS AD EAM  
CONSTITUTIONIBVS, DECRETIS, SENATU-  
SUSQUE Consultis Ordine & compen-  
dio collectum.

A V C T O R E

PETRO DENAISIO. I.C.  
*Camera eiusdem adesse ore.*



Cum Gratia & Privilegio Casareæ Majestatis.

ARGENTORATI

*Excudebat Theodosius Ribelius.*

Anno            M            D            C.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

REVERENDISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO DOMINO  
MEO CLEMENTISSIMO, SUMMI  
IN IMPERIO TRIBVNALIS

IUDICI

GENERO SIS ET ILLVSTRIBVS  
EIVSDEM PRAESIDIBVS.

MAGNIFICIS ATQVE AMPLISSIMIS  
ADSESSORIBVS.

Dominis & Collegis summâ obser-  
uantia colendis.

Petrus Denaïsius. S.

**A**VD VOS, QVIBVS MIHI RATIONEM reddendam omnium dictorum factorumque reor, causam dicam clementissime Princeps, Proceres, & Senatores equissimi, praesentis mei instituti. Quam si adprobare vestris suffragijs potero: non præiudicium me, sed sententiæ amnactum arbitrabor: atque existimabos satis me validum tutumque aduersus iniquorum morsus, si non præsidio cause, at subsidio iudicati. Parum de aplausu sollicitus summa Cœa, dum ad sensum habeam summa Camera, & adclamationem

# IVS CAMERALE.

*Ex*

## ORDINATIONE CAMERAE, ET FACTIS AD EAM CONSTITV.

tionibus, Decretis, Senatusque consul-  
tis, ordine & compendio  
collectum.

*A*

### *Abdicatio.*

Vide *Adsefforum resignatio: Procurat. resignatio.*

### *Absentia.*

Vid. *Commeatus: Contumacia: Excusatio.*

### *Absolutio banni.*

Vid. *Banni absolutio.*

### *Absolutio à citatione.*

Ord. p. 2. t. 31. & p. 3. t. 31.

1. Citatus à citatione absoluitor: Si appellans primō terminō nec Acta prioris instantiæ, nec documentū requisitionis exhibuerit, nec compulsoriales eō terminō petierit. Vid. *Term. prim. §. 5. Compuls. §. 4.*

Ord. p. 2. t. 42.

2. Si in contumaciam non comparentis primō terminō, proclama, mox effluxis (tribus)

*A*

P E T R V S D E N A I S I V S  
Lectori suo S.



E FRVSTRA SIS, LECTOR BENEVOLE: FV-  
gitivus erat, qui nunc prodit ad te liber, Cruce  
dignior quam Rude, si merita pensares, & vin-  
dicta remunerandus Lectoris potius quam Pra-  
toris. Sed quia nec olim nerui mihi satis firmi ad  
continendum, nec ad concipiendum postea per  
lancem & licium, indicium fidesq; suppetiere, aduersantibus stu-  
dijs, illic insidianum, hic celantium: necessitate in obsequium  
versa, & liberalitate usus illiberali, liberum abire quo vellet, per-  
misi: utq; esset gratia quadam coacti munera, peculum restituiri,  
non modo integrum, sed etiam auctum. In quo tamen recensem-  
do, adnumerandoq;, dum appetentibus tum postremis anni pre-  
teriti Nundinis, nimium properauit, & rationes unius propè men-  
sis spatio conclusas, subito, quasi ad ararium referendas, Typogra-  
pho exhibui: sentio pridem, turbatum nonnullibi esse, nec sic om-  
nia me nomina expunxisse, ut adamusq; ubiq; quadrent. Id a-  
deò profitendum vltro ratus sum hoc loco, ne quis fraudi consilione  
adsignaret, quod à me peccatum esset festinatione vel errore: si-  
mul quo iam nunc me purgarem ijs, qui locum illum, quo de pote-  
state Camera, in cognoscendis suorum criminibus agitur, crimi-  
natur parum sincera fide conuersum à me esse: meg, insimulante  
obliquasse nonnihil sinus, & cursum flexisse, quā velificabatur ad-  
blandiens à Camera hoc vertice, aura. Ego verò quod attinet  
ad bonam fidem, & firmum nusquam declinandi à vero propositū,  
nec cetera auctoritatem defugio: & hoc ipso nomine quo sum ab  
illis vadatus, libens me sisto ad tuum Lector erudite, tribunal, De-  
fensionem offerens, meditatam mihi per hosce Hilariorum dies, &  
opinione longiore librarī moram: instructamq; ijs præsidij, un-

# DISPUTATIO

DE IURE MERI IMPERII IN E-  
os, qui Spiræ constituti, Judicij Cameralis cor-  
pore, vel albo continentur.



AMERALE S SPIRAE OMNES, IN CAV-  
SIS CIUILIBUS, QUOD SATIS CONUENIT, CAMERAM  
SOLAM HABENT JUDICEM, ATQ; CIUS IURISDICTIO-  
NI SINE EXCEPTIONE SUBIICIUNTUR. NE IN CRIMINALIBUS QUIDEM AMBIGITUR, QUIN POENÆ  
PECUNIARIAE, AD EIUSDEM REFERENDÆ SINT ARBI-  
TRIUM. SED DE DELICTIS IJS, CRIMINALIBUSQUE, IN QUÆ CORPORIS  
COHERCITIONE VINDICATUR, & POTISSIMUM IN RE MANIFESTA, IJS  
EST INTER AMPLISSIMUM COLLEGIUM, & SENATU CIUITATIS. HOC,  
COGNITIONEM SIMUS, ANIMADUERSIONEMQ; AD SE TRAHENTE: IL-  
LO, PRÆTER NUDAM IN DAMNATORUM CAPUT, VEL MEMBRA EXECU-  
TIONEM, RELIQUA CUNcta SIBI ADFERENTE.

QUESTIO EST NON TAM DIFFICILIS & OBSCURA, QUAM GRAVIS &  
ARDUA, QUONIAM PERTINET AD FAMAM, & CAPUT, FORTUNASQUE  
NON ADUENARUM TANTUM, & MOX RECESSORUM, SED ETIAM C-  
ORUM QUI SCDES HIC FIXERUNT PERENNES, PROCURATORUM, AD-  
UOCATORUM, ADSESSORUM, PRÆSIDUM, IPSIUS JUDICIS, SI SIT OR-  
DINIS SECULARIS, QUI HAC FORMULÀ OMNES TENENTUR. IN QUÂ,  
QUÆ PRO PARTE CIUITATIS DICI DISPUTARIQUE, CUM VERI ALIQUÂ  
SPECIE POSSUNT: EXISTIMO NON INCOMMODO REDUCI AD SEX ISTA  
CAPITA.

I. PRIMUM ENIM CONSTAT TERRITORIUM & OPPIDUM SPIREN-  
SE, ESSE TAMQUAM PROPRIAM CIUITATIS PROUINCIAM, IN EÂQUE  
SENATUM INSTAR PRÆSIDIS OBTINERE, QUIPPE CUI COMPETAT ME-